

- 34 cumulatio actionum. Nam non tantum, quando
actiones ita se habent, quod sententia \dagger ab soluto-
ria in prima actione, ponit, vel parere potest exceptionem rei iudicatae in secunda actione, cumulatio oppressa non permittitur, d.l. fundum, l.fund.
 $\ddot{\text{d}}\text{e except}$. Licet enim regulariter nemo pluribus
actionibus vti prohibeatur, aliquando tamen
cessat hoc ius, propter utilitatem vel necessitatem
35 litium: vbi cunque enim obstante pra*judicia*, \dagger
ibi regulariter vetantur plures actiones uno iudi-
cio definiri secundum communiter tradita Dd. in
supradictis locis. Oldendorp. in tract. action. tit. depre-
36 iudicilib. n. 10. Sed & quando tacite & implicite \dagger
(vt dictum) cumulatio fit, per modum prepo-
sterationis, id vetatur, iuxta exemplum infra alle-
gatum Zafii in d. §. minus. n. 22.
- 37 Sexto: \dagger non consideratur causa continentia
nistro casu: quando enim iudex aditus, non est
competens, in utraque causa cohaerens, tunc ea
non efficit extensionem Iurisdictionis, vt in no-
stro casu, & in exemplo Zafii, supra dicto, facit
doctrina Bart. in l. in commendato. §. duabus. in fin. com-
modat. Bald. in leg. si cum patruo in fin. commun. vtriusq.
iud. & notat Zaf. in l. nulli. C. de iud.
- 38 Septimo: \dagger Quibus ita consideratis, nec in ter-
uentio fisci, Cameram competentem facit. Agen-
do enim simul cum D. Episcopo, non facit con-
nexitatem cause. Si vero solus agat ad poenam, vi-
tetur solummodo iure communi, praesertim in
dubio. Liusas. C. de iure fisci. leg. quod placuit. D. de iure
iur. Laudens. in tract. de fisco. q. 14. Et quia hoc loco
39 ad poenam agit, si que fiscus, \dagger ex causa lucrativa,
interesse habet, plus iuris sibi non competit, qua
40 priuato, imo \dagger praefertur in dubio priuatus fisco
L. in summa. D. de iure fisci. Idque secundum magis
communem opinionem Doctorum, vt sentit
Neguzant. in tract. de pignor. & hypoth. 4. membr. 2.
part. princip. n. 1018. praecitum cum dubius intel-
letus transactionis (vt oportet) declaratus non sit,
inde ius agehdi fisco nondum natum.
- 41 Octavo: Male negatur ex parte Episcopi, d.
Rachtung no imponere partibus, vt tali casu com-
missarios eligeret, sed esse id voluntatis, non
necessitatis: cum tamen litera expressè diuersum
ostendat, vt supra relatum.
- 42 Nonò: \dagger Licet in causis fractæ pacis, & aliis
quibusdam, secundum constitutiones Imperii,
receptum sit, quod super incidentibus, vt puta,
restitutio ablatorum, reparacione dannorum,
&c. Camera cognoscat: licet alias ad ordinarium
expertineant. Quia tamen isti causas singulares ha-
bent rationes, quibus ita sanctum & receptum
est: Ideo bene fieri potest, vt ad alios quoquis ca-
sus, neglectis exceptionibus pra*judiciorum*, præ-
posterationum & cumulationum, nec non con-
uentionibus & transactionibus partium, ea sin-
gularia extendantur.
- 43 Decimò: \dagger Inde non refert, quid ab Actore
petitum sit: Sed quid, & vbi petere debuerit, ne
fraudetur transactio, & conuenta euentantur ar-
gutis, quæque Imperatoribus ipsis olim saluta-

ria vita sunt, oblique, & fucatis praetextibus in-
fringantur.

Vndeclim: Illeque \dagger vim facit, vel ius sibi-
ipsi dicit, qui contra temerarios iusticiam exe-
quuntur, idq; facit vigore transactionis, siue Racht-
ung.

Duodecim: \dagger Si enim id indistincte nostro 45
casu attenderetur, utique partium exorbitans
pra*judicium*, contra initiam transactionem resul-
tarer, quia per hoc totus articulus sexagesimus se-
cundus, & sexagesimus tertius, der Rachtung vel
essent sine effectu, vel irritarentur & annullaren-
tur, adeo, vt partes sub quoquis praetextu, etiam
confirmationis Imperatoris, eiusque poena,
quaslibet disceptationes super dubiis der Racht-
ung ad Cameram transferrent.

Tredicim: Per hoc \dagger ipsa confirmatio contra-
rium operaretur effectum à confirmato, quod
destinat certos iudices compromissarios: illa ve-
rò ab eis ad Cameram, iites quaslibet auocaret.
Sed confirmatio \dagger non debet derogare confir-
mato.

Vtimum: \dagger Inde colligi potest facile, utra partium 48
contra transactionem, siue Rachtung veniat, &
sic in poenam eius, potius incurrit.

V O T V M L I V .

In causa Comitum M. contra F.

S V M M A R I A .

- i Reus principalis prius conueniens; Fallit, vt nu. 2.
3-4.
5 Probatio nulla maior, confessione propria.
6 Cessio actionum quando opponenda, & n. 7.
8 Fideiussores & Mandatores, suo nomine soluisse sem-
per videntur.
9 Soluens confideiussorum unus, actionem sine cessione
non habet.
10 Cessio actionis quando facienda.
11 Cessio regulariter fieri non potest, etiam ex interualllo.
Fallit tamen vt suo n. 12, 13, 14.
15 Sententia quotiescumq; pra*judicatur* tertio, nimirum
executio contra eum, non minus, ac si contra ipsum
lata fuerit.
16 Sententia cui nocet, nocent & acta, que etiam omnia
ratificata sunt.

17 In executione contra heredem re*iicitur* citatio.
D. Bq. Referens. Procuratoria iusta: Nullitas
nulla. Deinde, licet prior sententia in rem
iudicatam abierit, & altera à qua executionem
istius concernat, à qua regulariter non licet ap-
pellare. Et ita de aliquo grauamine hic non ap-
paret: Tamen quia processus decreti & causa ven-
tilata, breviter de meritis videntur.

Submissum in puncto grauaminum: Sed quia
priora omnino sunt, vt D. Capito statim oppo-
nit, nec relevanta videtur, definitiè rectè pro-
nunciari potest.

Aetum autem actione ex stipulatu, quo casu,
licet principalis Reus \dagger prius conueniens sit, i
vi in notell. de fideiuss. & mandat. §. si iugatur. Port. reg. 4.
lib. 1.

Tamen

- ² Tamen fallit multis modis: \dagger vt si absens sit debitor principalis. Port. dictio loco. limitat. 3. vel si non opponatur, \dagger vt in nostro casu: quia tum procedit iudicium, ibid. Port. in sexta limitat. vel quando notorium est, \dagger principalem non esse soluendo, & non requiritur alia discussio, Port. ibid. Gal. obs. 18. l. 2. Gomez. tit. de fideiussor.

An probata?

Prædictis addit, de quibus in actis sat constat, scilicet probationem ex confessione Rei, vt in actis fol. 4. & 14. cum similibus. qua confessione propria, \dagger non est alia maior probatio. Pacta igitur seruanda. Concludit, Actionem probatam esse.

An elisa?

Tantum opponitur cessio actionum, ram contra pincipalem debitorem, quam reliquos fideiussores: que fundatur in iure, vt per Raphael. Cuman. leg. Modestinus. n. 14. de solut. Ferrar. in form. libell. contra plures reos debendi: verbor. intercesserunt. 6. n. 3. Tamen, vt ante solutionem \dagger fiat obiectio, vniq. Actis fol. 5. 10. 11. &c. quasi post solutionem fieri non possit. Quam quidem facere parati sunt Actores, modo dict. pensio ante solvatur, & pro sorte, & reliquis annuis pensionibus in futurum caueatur, v. m. actis fol. 6.

Vnde queritur, quando facienda sit talis cessio: De hoc enim solo controvetur. Et communis est sententia, iuxta Cuman. dictio loco, num. 3. Quod fieri possit cessio, \dagger etiam post solutionem, ex interhallo. leg. Papinianus. D. mandat. vbi etiam gl. Bartol. & Dd. in d.l. Modestinus. l. si re legat. prim. Semper enim \dagger videtur Mandatores & fideiussores suo nomine soluisse. Nec in dubio & regulariter videtur soluere, pro tollenda obligatione eius, contra quem volunt actionem cedi, Ioan. de Imol. d.l. Modestinus. n. 4. versic. in dubio.

Item, \dagger vnu confideiussorum soluens, non habet actionem sine cessione, leg. vt fideiussor. At in tutoribus, & correis, qui pariter & principaliter sunt obligati, ad idem, & tandem specie actionis obtinuit, cessionem ab eis factam \dagger non valere, nisi in ipsa solutione fiat, vel alias aetum sit, dict. l. Modestinus, & ibi Barto. Imol. n. 4. Bald. d.l. Papinianus. post alio.

Hinc licet regulariter cessio fieri non possit, \dagger etiam ex interhallo, vt per Ang. in d.l. Modestinus. n. 3. Tamen ponit quinque fallentias: videlicet, nisi pactum intercesserit, de quo eriam Cuman. d.l. loco in princip. vt nostro casu: petitio rei, vel promissio vel oblatio Actoris perinde habetur, ac si desuper pactum esset: quia promisit Actor, se hoc facturum.

Secundò: \dagger si soluens fuit protestatus, tempore resolutionis.

Tertio: \dagger quando soluens expressit pro se, & obligatione sua. Gloss. in d.l. Modestinus.

Hinc putat, Reum per sententiam non grauatum: Cum d. cautio, sicut solutio, sine eius praesudicio fieri possit, etiam ante cessionem, nimi-

rum protestando, vel pacificando, vel sub condicione, vt supra dictum.

Et præsternit hoc casu & quissimum videtur, vt præcedat cautio, quæ ipsi Reo minimè nocebit: Et nullius erit effectus, nisi sequatur cesso actionum. Cum econtra actorum multorum interficit, cedere actiones, & iura sua, tantum propter vienius anni pensionem, ad quam hic actum est.

Quoad posteriorem sententiam, à qua, vbi pronunciatum est, ratione executionis contra hæredem defuncti Comitis, similiter & iusta videtur. Quia quotiescumque sententia præiudicat tertio, fita contra eum nititur executio, ac si contra ipsummet lata fuisset, Zab. vell. in t. quamvis. dere iud. ad fin. Neuiz. consil. 20. nu. 24. Et cui nocet sententia, \dagger nocent & acta, quæ e: iam ratificata sunt omnia. Sed tamen in executione \dagger contra hæredem requiritur eius citatio, vt & hic factum, Port. rega. 4. 3. Eius grauamen est saltem, ratione cautionis, ante, vel post finiendæ l. i. C. vt act. ab hæred. & contra hæred.

Concludit, grauamina non releuare, & actionem elisam. Pronuncianum, grauamina non admissa, vnd daß die Sach ex officio vor beschlossen angekommen / & bene iudicatum, male appellatum: Cum Expensis.

D.G. Correferens: Cum Referente concludit, non putat opus voto: Sententiatum prius in uncto executionis, quæ abiit in rem iudicatā: Ideo male appellatum, & propterea causam non devolutam, ideoque remittendam: quia inhibitio emanata. Verum cum de meritis cause satis, vt per Referentem deductum, cum eodem definitiū pronunciare vult.

V O T V M L V.

In causa Ciuitatis T. contra Episcopum T.

S V M M A R I A.

- 1 Ordinatio ipsa, part. 3. tit. 15. §. cum andern/ requiri. vnd aufz elnen jedes insonderheit quantivoltent.
- 2 Responsum simpliciter dicitur si fit sine plica.
- 3 Index maxime circumspectus esse debet, ne pars præjudiciale aliquia responsum grauetur.
- 4 Responsum singulare non semper opus, cum una artculis cumulatis sufficere posse.

Votum Domini L. Referentis. Formalia iusta: fundati in iurisdictione. Datis duabus interlocutoriis, super responsum, tertio responsum: Inde rursum data interlocutoria. Vnde q̄aestio, an bene, vel male iudicatum. Sed sententia de 28. Maii. Anno 71. transiit in rem iudicatam. Deinde Actor satisfacit ei senten. & responsioni: Sed ea responsio impugnatur, quasi in idem ferre verbis respondisset, & ad 1. & 2. additionales, & que obliure sit responsum: Super eo iterum interlocutum, 8. Ianuarii An. 74. vt ad proximam respondeat, imunctum. Hanc etiam in rem iudicata